

W's 1730

117

RECTOR  
ACADEMIAE GIESSENÆ,  
SEBASTIANVS  
MASSON,

JUR. NAT. ET GENT. CIVIL. ITEM  
AC MORAL. PROF. ORD.

LECTIONES

PER INSTANS SEMESTRE HIBERNVM  
A SINGULIS PROFESSORIBUS  
IN QUAVIS FACULTATE  
CUM PUBLICE, TUM PRIVATIM  
HABENDAS

LECTISSIMIS CIVIBUS ACADEMICIS  
INDICIT ET COMMENDAT.

SUB SIGILLO ACAD. MAIORI

ANNO MDCCKXX, DIE XXV, SEPTEMBRIS.

GIESSENÆ,

Typis EBERH. HENR. LAMMERS.



*In Facultate Theologica.*

**IO. GEORG. LIEBKNECHT,**

*SS. Theol. Doct. Prof. P. Ord. Districtus Marpurgo.  
Darmstad. Superintendens.*

**P**ublice & quidem hebdomadatim Auditores suos disputando exercebit, vel inter priuatos parietes, vel in cathedra publ. epithemata sua in A. C. proponens. *Priuatim* regulas exegeticas, hucusque traditas, libris nonnullis Biblicis applicabit; nec non historiam Eccles. ad sec. XV. perlustratam, vna cum Reformationis historia speciali per instans semestre absoluet.

**REINH. HENR. ROLLIUS, D.**

*Prof. Publ. et Superintendens.*

**C**ontroversias, circa Augustanam confessionem recentiori ætate agitas, quas *publicis Lectionibus* ab hora IX. ad X. semestri præterlapso enodare cœpit, per reliquos articulos continuabit, dabitque operam, ut eadem, juxta  
cum

cum *Lectiōibus privatis*, in Bajori Compendium Theologiae positivae, a IV. pom. ad V. aequae ac *privatissimis*, per instans semestre hybernum, Deo vitam viresque clementer largiente, ad finem perducantur. Praeterea nonnullorum petito, semel iterumque repetito, gratificaturus, bono cum Deo auspicabitur *Collegium Theologiae Moralis*, in Institutiones hujus scientiae, a Martino Chladenio concinnatas, et post beatum illius excessum, aliquot abhinc annis a celeberrimo Wernsdorfio editas, studiosaeque juventuti enixe commendatas; aequae ac *Disputatorium* in Augustanam confessionem, singulosque ejus articulos. Tractationem denique pleniorē, de erroribus, Augustanae confessioni, recentiori aevō, temere afflictis, cujus primas quasi lineas dissertatione seculari, inter solennia Jubilei A. C. secundi, exhibuit, imprimi jam coeptam, disputationibus aliquot publicis propediem propinabit, ipsoque hoc semestri hyberno absolvere studebit.

## JO. CONRADUS ARNOLDI,

*SS. Theol. D. Prof. Ord. & Academ. a Bibliothec.*

**P**ublice, Christo duce & auspice, hora post meridiem II. Theologiae Symbolicae operam suam locabit, commentationibus in *Symbolum Apostolicum* instituendis, cujus antiquitatem, auctoritatem & sanctitatem, contra haereticorum depravationes, uberius explanabit. In lectionibus privatis *Theologiam Theticam ex Compendio Bajoriano* persequetur, ac simul antithesin τῶν ἀντιλεγομένων perfiringet: Addet etiam *Collegium Exegeticum*, secundum regulas Hermeneuticas *Epistolam Pauli ad Romanos* explicando, ususque practicos, 2. Tim. III, 16. praescriptos passim derivando, ac simul *Systema Theolo-*

gia Romano-Apostolica constituet, ut veteris ac novæ Romanæ Religionis differentia inde pateat, cujus locos singulos, si Re pondentium copia fuerit, publicis etiam Dissertationibus examinandos, proponet; nec eorum quoque desiderio deerit, qui studio *Historiæ Ecclesiasticæ* ducuntur.

## *In Facultate Juridica.*

**D. JO. FRIEDERICVS KAYSER,**

*Consil. Hasso-Durmstatt. Jur. Prof. P. Ord.  
& rerum Oecon. Inspector.*

**P**ER instans semestre brumale Collegium Juris publ. proxima aestate coeptum sedulo continuabit, de novo Collegium ff. ad Compendium Lauterbachianum aperiet, nec deerit officio suo, si in reliquis quoque legalis disciplinae partibus Nobilissimorum Dn. Dn. Commilitonum desideriis satisfacere queat.

**D. JO. FRIEDERICVS KAISER**

*Prof. P. Ord.*

**I**N publicis lectionibus STRUVII Jurisprudentiam Romano-Germanicam explanabit, privatas vero lectiones ad Compendium LAUTERBACHIANUM ad finem perducet nova quoque Collegia pro desiderio Dnn, Auditorum aperiet.

IOAN-

( o )

---

# IOANEIS GEORGIUS ESTOR,

*I. V. D. eiusdemque Prof. Publ. Ord.*

**A**bsolutis, bono cum Deo, iuris publici feudalisque lectionibus, ad ius priuatum redibit. *Publice* igitur hora nona *Institutiones* diui Iustiniani perspicue docebit, atque practicis obseruationibus illustrabit. Eadem methodo *privatim digista* explicabit hora decima, praeunte LAVTERBACHIO aut BOEHMERO. Opito enim datur dominis Auditoribus, utro frui velint auctore. *Priuatissimas* scholas strenue continumbit. Neque illis deerit, qui iuris publici praecognita ductu *historiae imperii* recentissimae discere, aut disputationibus priuatis se exercere gestiunt.

---

## *In Facultate Medica.*

### D. JOH. CASIMIR HERTIVS,

*Prof. P. Ord.*

**P**ublice in Collegio anatomico perget, & absoluta Osteologia, ad Sarcologiam nunc iuxta ductum Auctoris progredietur. Privatim operationes chirurgicas exponet nec in aliis Nobiliff. Dni. Commilitonibus deerit.

### D. IO. MELCHIOR VERDRIES,

*Prof. P. Ord.*

**P**ublice in expositione *Institutionum* sedulo perget. *Privatim* ad captum & desideria Auditorum se accommodabit.

LVD.

( . )

---

LVD. HENR. LEO HILCHEN,

P. P.

**P**ublice Exercitiis Physiologicis, quibus hactenus incubuit, operam dabit; ad reliquas postea Medicinæ partes laborem translaturus. Privatam vero industriam ad Auditorum vota accommodabit.

---

*In Facultate Philosophica.*

D. IO. GEORG LIEBKNECHT,

*Math. Prof. P. Ord.*

**P**ublice Astronominam monstrabit vna cum aliis huc spectantibus materiis. *Privatim* principia Geometrica & Trigonometrica docebit, nec aliis deerit, qui vel in Architectonicis, vel in reliquis Matheseos partibus auxiliatrices manus forte desiderabunt.

IO. HENRICVS MAIVS,

*Antiquitatum linguarumque orientalium Prof. Ord.*

**P**ublicis praelectionibus Graecos quosdam N. T. libros interpretabitur, eademque opera recentissimas celeberrimi Hamburgensium Antistitis Curas Philologicas & augebit & illustrabit. *Privatim* antiquos Ebraeorum ritus a Goodwino descriptos exponet.

D. IO.

( . )

---

## D. IO. MELCHIOR VERDRIES;

*Phil. Nat. P. P. O.*

**Q**uae in *Part. Special. Introductionis suae in Philos. Nat.* explicanda supersunt capita absoluet, atque simul *integrum cursum Physicum* denuo exordietur.

## SEBASTIANVS MASSON, P.

**E**xplicationem *doctrinae Moralis BVDDDEANAE*, cuius duae vltimae supersunt partes; *semiotica* nempe, siue de signis, quibus internae hominum propensiones cognosci possunt; & *Therapeutica*, siue de remediis morborum mentis, & potissimum voluntatis; breui absoluet. Idem ratione *PVFENDORFIANI Compendii de officiis Hominis & Ciuis*, quod ad Libri I. caput XV. adeoque ad doctrinam de *Contractibus* hactenus perduxit, faciet. Noua quoque circa has ipsas disciplinas, Collegia, si noui Auditores accesserint, aperire non detrectabit. Nec minus regulas *Prudentiae ciuilis* in vniuersum, auctore *BVDDDEO*, pro re nata, exponet: quo facto, recitationes speciales ad *Germaniae* systema pertinentes, ductu *SEVERINI DE MONZAMBANO*, de *Statu Imperii Romano-Germanici*, meditatur.

## CHRIST. FRID. AYRMANNVS,

*Histor. Prof. P. Ord.*

**P**ublicis lectionibus institutum suum proponendi selectas ex *Historia uaria* materias persequetur. *Priuatim Historiam Germanicam*, praecipuorumque *Europae Statuum* tradet.

## JOHANNES RHENIVS,

*Eloquentia vtriusque Prof. P. Ord.*

**T**abularum oratoriarum *Freyeri* partem practicam explicabit

cabit, Lactantique explanationem addet, rectamque & legendi & observandi viam monstrabit. Privatim exercitium practicum instituet, & in omnibus stili partibus satis faciet desiderantibus.

**JAC. FRID. MULLER, P. P. O.**

Publice repetet Logicam, duce potissimum Cursu Logico RVDRAVFFIANO. Privatæ Institutioni vacabit, quantum dabitur occasio.

**IOH. LVDOVICVS ALEFELD,**

*Poës. Prof. P. Ord.*  
Publicè *satyras Horatii*, qui, doctissimorum virorum iudicio, in hoc scribendi genere princeps est, interpretabitur. Privatim elegantiorum studiorum amatoribus *praxin poëscos* ostendet, variasque in utraque, & vernacula & Latina lingua exercitationes poëticas instituet. Operam quoque dabit sedulo, ut *pralectiones proxima hac aestate capta* praestituto tempore ad finem perducantur.

**CHRIST. LUDOV. RUDIGER,**

*Prof. Phil. Extraord. Definitor & V. D. M. Ciuit. Giessens.*  
Ut statum religionum modernum, aut historiam litterariam theologicam, desiderantibus proponet. De cetero quaecunque vel a Philosophiae vel etiam Theologiae purioris cultoribus expetentur, in iis suam oppellam offert.

**H**abebunt etiam *Generosi & Nobilissimi Cines* commodissimam occasionem, in *arte equestri*, in *ludo palaestræ*, in *arte commode & perite saltandi*; nec non in *linguis exoticis, Gallica, Italica*, apud exercitiorum istorum, & linguarum Magistros, publica auctoritate constitutos, habiles admodum & idoneos, proficiendi, profectus suos augendi, partamque habilitatem perficiendi, in